

6816. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: ZU NICOLAUS VIGELIUS, METHODUS
UNIVERSI JURIS CIVILIS

Vorläufige Datierung: [1695]

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LH II 6 Bl. 37–38. 1 Bog. 4°. 4 Sp., halbbrüchig beschrieben.
 E GRUA, *Textes*, 1948, S. 643–647.

bearbeitet von Herma Kliege-Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Leibniz dürfte sich im Jahre 1695 mit der *Methodus universi juris civilis* (in der Ausgabe Frankfurt 1628) von Nicolaus Vigelius beschäftigt haben, mit einem besonderen Schwerpunkt auf dem letzten Kapitel des Buches (lib. 25, cap. 19: *De regulis juris*, Sp. 1922–1925). Davon zeugen Marginalien in einem heute verschollenen Handexemplar der Leibniz-Bibliothek in Hannover, das Gaston Grua noch vorgelegen hat (N. 6812), ein abgebrochener, verworfener Ansatz (N. 6814) sowie die Ausführung seiner Anmerkungen zum genannten Kapitel (unser Stück).

15 Leibniz hat Vigelius' Schriften seit seinem Jurastudium gekannt und Vigelius stets hochgeschätzt, wie aus seiner einleitenden Bemerkung zu einem weiteren Auszug aus der *Dialectica juris civilis libri tres* (Basel 1575; Auszug aus der erweiterten Ausg. Basel 1620) hervorgeht: »Praeclarus est liber, ut hujus viri omnia.« (N. 6800, am Anfang).

20 Die Datierung ergibt sich aus weiteren politischen Notizen, die nach der Streichung unseres Konzeptansatzes, um 180° gedreht, auf dem Blatt des abgebrochenen Ansatzes in N. 6814 folgen und die sicher auf Januar 1696 zu datieren sind. Auch das mehrfach belegte Wasserzeichen des Papiers dieser Notizen stützt eine Datierung auf 1695.

[Thematische Stichworte:] *regulae juris*; *jus civile*

[Einleitung:] —

25 Nicolaus Vigelius vir iudicio et diligentia egregius, de jure tamen naturae, et usu regularum juris non ex legibus, sed naturali ratione descendendum parum recte sensit: eaque illi res in jure enucleando et ordinando valde fraudi fuit, et causa ni fallor unica est, quod immensis suis laboribus fructum quem sperabat non est consecutus. Specimen doctrinae ejus circa hoc argumentum placet huc afferre ex iis quae in *Methodo juris civilis* circa finem habentur, nempe

25 descendendum (*I*) non |(2) parum *ers.* | *L* 26 et |recte *gestr.* | (*I*) digerendo |(2) ordinando *ers.* | *L* 26f. quod (*I*) immensi ejus laboris non satis ad fructum pervenerunt. Specimen sententiarum (*a*) quas de rebus is (*b*) ejus in hoc argumento af (*2*) immensis ... quem (*a*) sus (*b*) <sp> (*c*) sperabat ... ejus (*aa*) quas (*bb*) circa *L*

28–S. 681601.2 *Methodo* ... praemittit: N. VIGELIUS, *Methodus universi juris civilis*, Frankfurt 1628 lib. XXV, cap. 19: *De regulis juris*, Sp. 1922–1925.

cap. ultimo libri ultimi, ubi Regulas juris quasdam Miscellaneas Alphabetico ordine digesturus haec praemittit.

37 v^o Per Regulas hoc loco intelligi prima juris principia, et generalissimas quasdam sententias, *quales in sua Arte dialectici Maximas appellant. Ex hisce [. . .] jus agendi non sumi, tametsi ex jure agendi istae colligi possint. Similis, inquit, ratio est exceptionum, sed et de Replicationibus, id est exceptionum exceptionibus, nec non de duplicationibus et triplicationibus idem dicendum.* Neque enim *ex rationibus generalibus seu regulis vel maximis sumendae sunt, sed ex legibus de iis specialiter latis, sive ex responsis prudentum, quae vim legis acceperere.* Cicero lib. de Oratore in jure civili doceri nos non infinitis concertationumque plenis disputationibus[,] sed autoritate [. . .] Legum. Alioqui enim si deficientibus legibus specialibus ex generalibus rationibus sive regulis (quemadmodum hodie fieri solet[]) exceptiones [. . .] sumamus et ubi lex non distinguit nos distinguamus, nihil habebimus certum in toto jure, nihil enim est quod si ingenii nervos intendas[,] aliqua ratione non possit confirmari vel labefactari. Et in universum negat ex mero jure naturali[,] nisi jure civili adjuvetur[,] actionem dari.

Huic autem errori ejus eo magis succurrendum puto, quod ex bona mente profectus est, nec magna rationis specie caret ac decipere incautos potest. Et quidem verissimum arbitror non ex quovis juris vel aequitatis gradu remedia juris, sive actiones exceptionesque nasci, alioqui fateor nihil fere nos habituros quod non aliqua ratione tueri vel impugnare liceret. Sed quemadmodum in facti indagatione licet nullum etiam debile iudicium negligatur, persuasio tamen non nisi multis vel magnis rationibus debeatur; ita in jure non nisi ex magnis rationibus remedia juris conceduntur. Et in universum arbitror actionem naturalem non nisi ex stricto jure naturae nasci. Debere autem actiones concedi etiam ex naturali jure miror virum subacti iudicii negare potuisse, sequeretur enim apud populos qui carent legibus nulla fore iudicia; imo et

1 f. digesturus (1) ha(⟨be⟩) (2) de regularum usu hoc (3) haec L 4 hisce (1) generalissimis senten (2) jus non sumi, tametsi (3) ju (4) jus agendi non (5) | non *versehentlich nicht gestr.* | (6) jus L 8 ex (1) regulis de iis specialiter latis, sed ex responsis prudentum quae et ipsa vim legis obtinent. Unde (2) legibus ... acceperere. L 14 jure (1) civili | (2) naturali *ers.* | (a) actio (b) deficiente (c) [,] nisi L 15 succurrendum (1) est | (2) puto *ers.* | L 16 ac ... potest *erg.* L 17 ex (1) ⟨-⟩ (2) aeq (3) quovis L 18–20 liceret (1) prorsus (2) quemadmodum in facti indagatio nullum etiam debile iudicium negligendum est, etsi persuasio (3) . Sed ... tamen L 20 magnis (1) juris (2) rationibus L 21 f. actionem (1) naturaliter non nisi ex stricto (a) jure (aa) nasci (bb) ⟨nasc⟩ (b) naturae jure nasci. Dari autem actiones (2) naturalem ... concedi L 23 apud (1) gentes quae (2) populos qui L 23 legibus (1) neminem (2) nulla L

3–14 Per ... dari: vgl. N. VIGELIUS, a.a.O., Sp. 1923 f.
oratore, I, 194.

9f. Cicero ... *legum*: vgl. CICERO, *De*

inter diversas gentes, quae nulla communi jurisdictione continentur, nullum foret jus faeciale, atque adeo nec jus belli, quod in locum actionis forensis gentium jure succedit.

Vigelius ipse in sua *Methodo* multas habet Actiones et exceptiones quae nulla lege speciali confirmabantur[,] sed concedebantur apud Magistratum ex prudentum responsis, quas tamen
 5 constat vim legis non habuisse antequam a Justiniano in Pandecten relatae fuere. Scilicet judicabant Romani nonnihil etiam rationi esse tribuendum, praesertim in extendendis legibus restringendisque. Et quod Cicero dixit non infinitis disputationibus sed autoritate legum constare jurisprudentiam, verum est, ut tamen intelligamus, esse quaedam etiam extra legum auctoritatem, quae certa ratione consistant.

10 Juris igitur Regulae plurimum discriminis habent; et sunt quaedam juris principia, ex quibus nulla licet lege prodita actionem dari non dubitandum; ut si dolo tuo me damno affici constet, si rei tuae servandae causa res mea sit projecta, si fidem tuam secutus re mea caream. Quis enim dubitet ex talibus negotiis inter homines rationis compotes querelas nasci quibus a
 15 iudice sit providendum? Sed fateor ex quibuslibet regulis topicis, quales sunt quae vocantur maximae apud dialecticos[,] actiones aliaque juris remedia non dari. Has igitur a firmis juris principis distinguere oportet, et peccavit Vigelius qui confudit.

Sed exempla nonnulla videamus: regula est *non debere alteri per alterum iniquam conditionem inferri* quae extat l. *non debet* 74 *de Reg. jur.* Mihi haec videtur vaga nimis esse et
 20 superflua, tanquam quae idem bis dicat; quasi dixisset iniquum est iniqua ratione effici, ut alterius deterior conditio fiat. Neque enim dicitur quis effectus sit hujus iniquitatis; an sufficit

2 forensis (1) apud (2) gentium L 3–9 Vigelius *erg.* ipse in (1) digestis (2) sua *Methodo* ...
 |speciali *erg.* | confirmabantur (a) ante (b) [,] sed tamen concedebantur a Magistratu (c) sed ... judicabant
 (aa) Magistrati (bb) illi (cc) Romani ... etiam (aaa) juri (bbb) rationi esse tribuendum, (aaaa) praeter dum
 (bbbb) praeterquam ... jurisprudentiam (a5) hactenus (b5) verum ... quae (a6) non (b6) certa ratione
 consistant *erg.* L 11 nulla ... prodita *erg.* L 11 non (1) est (2) dubitandum L 11 dubitandum; (1)
 ut si dolo tuo me damno affici contingat, si (lev)itas mea (2) ut L 13 dubitet (1) inter homines rationis
 compotes factis hujusmodi (2) ex (a) factis (b) talibus ... compotes L 14 fateor (1) ex regulis topicis,
 qu(ae) fi(-)tas (-) (2) in jure (3) ex (a) quibusdam quasi (b) quibuslibet regulis topicis L 15 non (1)
 nasci | (2) dari *ers.* | (a) . Haec (b) . Has L 15 igitur (1) distinguere oportet (2) ab illis (3) a L
 16 Vigelius (1) cum haec (a) duo (b) habuit pro iisdem (2) qui confudit L 17f. regula (1) *non debet*
alteri per alterum iniqua conditio inferri nihil adi (2) est ... inferri L 19 dicat; (1) ut si quis (a) dicatur
 | (b) pronuntietur *ers.* | : iniquum est, inique agi. (2) quasi L 19 dixisset (1) nemo (2) iniquum L
 20 fiat (1) sed alia (2) . Neque L

5 Pandecten: JUSTINIAN I. Kaiser, *Corpus juris civilis, Digesta* (Pandectae).
 Papinianus, Dig. 50, 17, 74.

17f. *non ... inferri:*

38 r^o

ad factum emendandum, an vero tantum ad cavendum ne fiat. Itaque actio de revocandis quae sunt gesta in fraudem ex hac regula non descendit. Et fatendum est non omnia quae Edictis praetoris revocatoriis continentur, jam ex naturali jure constare. Exempli causa ne adversarius potentior substituatur, non statim jure naturae impediri potest, sed tum demum, si cautio negetur. At leges praescindendis ambagibus quaedam constituunt prohibentque aut irrita reddunt (ut alienationes fraudulentas) velut per aversionem. Interdum etiam ex aequitate imperfecta actionem tribuunt, nec male. Ut si actio ex jure gratitudinis ad praemium aliquando introduceretur, aut si pauperibus contra divites actio ad eleemosynam daretur.

Quod vero Vigelius colligit concessa actione ex jure naturae quaedam Edicta praetoris fore superflua, non tam absurdum est, quam ipsi visum est. Nam non omnia naturali jure constituta ab omnibus agnoscuntur aut in confesso habentur, praesertim cum commodis nonnullorum adversantur; et saepe lex nihil aliud est quam ratio scripta quo sensu Galli a se jus Romanum in provinciis consuetudinum recipi ajunt. Tale mihi videtur edictum praetoris quod actionem negotiorum gestorum dedit. Tametsi fiat persaepe ut aliquid addat praetor ultra naturalia jura. Et sunt integra ejus edicta, quae etsi aliquid habeant de aequitate, non tamen subsistunt mero jure; ut illud edicti caput quo continetur uti quod quis in alios constituit, eo jure ipse utatur: Ego enim arbitror jus talionis hoc loco non admodum firma ratione niti; si spoliavi[,] non statim spoliandus sum; si vulneravi, non ideo sum vulnerandus; si injuste egi, non ideo injuste mecum agendum est. Fac me dum in magistratu essem iniquum edictum promulgasse quo tibi centum sunt ablata; an igitur mihi forte in pari causa aliquando versanti ideo centena millia sunt amittenda, quibus prorsus evertar? Itaque praestat aliter sarciri quod injuste actum est et mihi poenam irrogari quae non sit gravior delicto. Sed videntur leges, ut dixi[,] multa velut per aversionem constituere voluisse, quod tamen ea demum conditione probandum puto, si non

1 fiat (I) Actio de revocandis (2) Itaque L 2 fraudem | Creditorum *gestr.* | ex L 2 hac (I) lege | (2) regula *ers.* | L 2f. quae (I) Edicto revocatorio gestorum in fraudem creditorum (2) Edictis praetoris revocatoriis L 3 causa (I) ne | (2) si (3) ne *ers.* | L 4 substituatur, (I) jus naturae non prohibet (2) non L 5f. aut irrita (I) decernunt | (2) reddunt *ers.* | (a) , ut (b) (alienationes (c) (ut alienationes fraudulentas) *erg.* L 7 actionem (I) concedunt | (2) tribuunt *ers.* | L 9 vero (I) putat | (2) colligit *ers.* | Vigelius (3) Vigelius colligit L 10 quam (I) videri (a) possit. (b) possit, | aut ipsi visum est *erg.* | (2) ipsi visum est L 10 non (I) semper (a) vulgus (b) omnia (3) omnia L 12 adversantur; (I) atque (2) et (a) recte (b) saepe L 13 videtur (I) lex praetoris de quo intro (2) edictum L 16 utatur (I) , < - > (2) : Neque (3) : Ego L 19 est (I) < , nec > (2) . Fac L 19 me (I) ex falso quo (2) jus iniqui (3) dum L 21 quibus prorsus evertar *erg.* L 22 leges | quaedam *gestr.* | , ut dixi | multa *erg.* | L

9f. Vigelius ... superflua: vgl. N. VIGELIUS, a.a.O., Sp. 1923, mit Bezug auf Ulpianus, Dig. 4, 4, 16. 16 caput ... utatur: vgl. Dig. 2, 2.

38 v^o nimis gravia incommoda consequantur. Idem manifestum est in Macedoniano et Vellejano Ictis, cum persaepe mulieres vel adolescentes laederentur, ideo Senatus generali consulto etiam illos casus comprehendere voluit, qui probabili ratione defendi possunt, ut scilicet aversione quadam distinguendi tricas evitaret. Nam SCto semel lecto imposterum cujusque
 5 futurum erat malo cavere, aut incommoda sibi imputare[,] cum ignorantiae juris excusatio non soleat admitti.

Legem primam *Dig. de Regulis juris* non per omnia ex meo sensu Vigelius interpretatur. Ait Ictus: *Regula est quae rem quae est breviter enarrat, non ut ex regula jus sumatur, sed ut ex jure quod est regula fiat. Per Regulam igitur brevis rerum narratio traditur, et (ut ait*
 10 *Sabinus) quasi causae coniectio, quae simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.* Hactenus Ictus. Haec Vigelius ita interpretatur: Ex regula non dari actiones vel exceptiones, sed potius in lege speciali quae actionem vel remedium dat, regulam tanquam rationem latere. Quod autem dicitur de brevi narratione et quasi Causae coniectione[,] intelligendum esse in
 15 causis arbitrariis, quae magis ex arbitrio iudicis, quam certis legibus pendent, tum enim conjecturam quandam sive praesumptionem et motum animi ex topicis illis regulis nasci; cum vero exceptionibus elidantur[,] saepe fieri, ut officium suum perdant. Sed mihi mens Juris-consulti longe alia videtur. Regulam esse propositionem quandam universalem abstractione animi ex pluribus legibus specialibus factam, non per modum causae sive principii, sed per
 20 modum observationis et velut aphorismi, ita ut regula non sit prior legibus et velut earum fons, sed posterior et velut consecrarium; ut nec regulam habituri fuissetus, nisi prius leges habuissetus. Unde est brevis complexus et velut Causae Coniectio, id est Synopsis vel Conspectus; id enim causae coniectio significat[,] non conjecturam. Cum ergo talis regula inductione constet, non ratione, mirum non est, si perdit officium suum vel una in contrarium instantia producta; quando non ob causae redditionem, sed ob solum observationis generalis successum
 25 perpetuum commendari mereatur, quo deficiente, ne hanc quidem laudem tuetur; atque adeo

2 Ictis, (1) ubi (2) cum persaepe (a) juvenes et mul (b) adolescentes laederentur, Senatus generali (aa) reg (bb) <-> (cc) consulto (aaa) rem comprehendit, tametsi manifestum sit, non raro (aaaa) aequ(um) (bbbbb) inique (bbb) etiam illos casus comprehendit, qui probabili ratione defendebantur, (c) mulieres ... consulto (aa) qu(-) (bb) etiam ... voluit (aaa) qui (bbb) qui ... defendi (aaaa) potuere (bbbbb) possunt L 5 cum ... admitti erg. L 6 admitti. (1) In caut (2) Quod (3) Legem L 11 Hactenus Ictus erg. L 12 potius (1) ex his <-> (2) in L 12 vel remedium erg. L 13 esse (1) de |(2) in ers. | L 17 universalem (1) breviter (2) abstractione L 18 factam, (1) et si quis ex pluribus <plures> causas ex <conditionis ad pauciores> (2) per modum observationis non per mo (3) non per L 19 et velut aphorismi erg. L 19 prior (1) lege (2) legibus L 20 consecrarium; (1) adeo (2) ut L 20f. habuissetus. (1) Talis autem (2) Unde L 23 non ratione, erg. L

non prodest. Itaque non videtur hic sermo fuisse jurisconsulto de regulis rationis; sed de definitionibus¹ illis aphoristicis sive enuntiationibus universalibus inductione collectis, quas Ulpianus in jure periculosas esse dixit, cum rarum sit ut non subverti possint. Interim fatendum est in titulo de juris regulis, paucas hujus generis contineri, sive Triboniani vitio, qui mentem veterum non intellexit, sive inconstantia veterum ipsorum.

5

¹ *Über* definitionibus: observationibus

1 fuisse (1) Icto | (2) jurisconsulto *ers.* | *L* 1 regulis (1) rationibus (2) re (3) rationis *L*
2 definitionibus (1) illis | sive *versehentlich nicht gestr.* | pronuntiatio universalibus (2) illis (a) observatoriis
| (b) aphoristicis *ers.* | ... collectis *L* 6 observationibus *erg. L*

2f. definitionibus ... dixit: Iavolenus, Dig. 50, 17, 202.